8006 columna ex marmore rubro, rep. Tesserae $4^1/_2$ m. p. ab Altino [immo V m. p. Ariminum versus] in fossa iuxta Aemiliam prope casam rusticam.

D D · N N
IMP . . . .
AVGG . . . . . .
. . . . . . IANO
. . . . . TINO·P·P
. . . .
V

Filiasi qui vidit *mem.* 3, 233 ed. I, 2, 219 ed. II.
1 . . . DD NN . . . traditur. — 2 INP ed. I.

8007 columna miliaria alta m. 1.22, larga m. 0.65, sed ut largitas diminuatur versus partem inferiorem finiatque lapis in acumen solo infigendum. Reperta est a. 1844 proxime ab Atria oppido prope ecclesiam S. Mariae *della Tomba* in campo qui dicitur *della Fiera*, extat ibi in museo Bocchi.

P · POPILLIVS · C · F   u. c. 622
COS
ↆXXXI

Contuli. Est in vol. I n. 550 et in tabula Ritscheliana LIV A *a*. Ediderunt Devit (1853) p. 11, a quo sumpsit Henzen 7414 *δ*; Bulla Chioggia (1862) p. 51.

1 POPILLIVS non est in lapide; is supra I hiat, sed hiatus facile distinguitur ab ipsius litterae ductu. — 3 numerus integer videtur esse.

8008 *colonna di marmo granito bisio*, Ferrariae in monasterio S. Annae LIGOR. (utroque loco). In via Iudecca ante ostium xenodochii S. Annae in marmore Numidico BARUFF. *Già alla porta dello spedale di S. Anna, ora nel museo* SCALABRINI. Ibidem adhuc.

DD NN IMPP
FLAVIO VALENTI ET   a. 375
FL GRATIANO CAESS
VICTORR AC TRI
VMP SEMP AVGG

Contuli. Ligorius bis diverse; alterum exemplum legitur ms. Taur. 8 et Ferr. p. 38 (inde Guarini 1621 p. 212; Baruffaldi mon. f. 25; Mur. 258, 3 ex hist. Ferr.), alterum ms. Taur. 8 inter additamenta in fine capitis (inde Gud. 95, 9; in hist. Ferr hoc deest). Ex lapide denuo Scalabrinius apud Mur. ms. et ed. 264, 9. 1995, 4, inscr. n. 7; Paciaudius Ripatrans. (*misc. di var. oper.* vol. 6 a. 1742) p. 209; Zaccaria exc. 2, 162 (inde Orelli 1115); Frizzi 1, 227; Amati ms.

Ligorianum exemplum posterius a Gudio repetitum satis recte exceptum est; prius vere duplex est, nam erasis versibus 3—6, qui olim legebantur in codice sic ut editi sunt, substituit formam diversam sic:

ante corr.:

DD · NN · IMPP
ET CAESARVM
FL·VAL·CONSTANTIO
ET CONSTANTINO
FELICISS AC TRIVMPH
VIC
P·R

post corr.:

DD · NN · IMPP
ET CAESARVM
FL VAL CONSTANTIO
:: CON::NTINO
FELICISS AC:R::::P
. . . .
. . . .

VIII. VIAE A PATAVIO PER VICETIAM VERONAM BRIXIAM BERGOMVM AD MEDIOLANIVM.

Ad viam primariam Patavio Mediolanium quae steterunt columnae miliariae stareve potuerunt (nam eas quoque inseruimus huic capiti quae ex urbibus illis proferuntur accuratiore originis indicatione destitutae) hic eduntur, divisae tamen per territoria, cum milium numeratio non continua sit, sed quot urbes tot capita sint viarum. Quae ex his miliariis efficiuntur de urbium illarum territoriis indicia cum praeterea iis respondeant quae supra de territoriorum finibus exposuimus, hoc notabile est secundum miliarios Veronensium agro comprehendi non tantum Arilicam (Peschiera) et Sirmionem (Sermione; cf. p. 400), sed etiam Bedizzole vicum, ut Clesius amnis Brixianum agrum a Veronensi separasse videatur. Neque tamen propterea in dubitationem vocandum lacus Benaci ripam occidentalem Brixianorum fuisse (v. p. 440). Itineraria viam explicant sic:

ANTONINIANUM p. 127:

Patavis civ.
| XXII (XXVII)
Vicentia civ.
| XXXIII
Verona civ.
| XXII
Sermione mansio
| XXII
Brixia civ.
| XXXVIII (XVIII)
Bergame civ.
| XXXII
Mediolanum civ.

PEUTINGERANUM:

Patavis
| XXII
Vicentia
| XXXIII
Verona
| XIII
Ariolica
| XXXII
Brixia
| XXXV
Leuceris
| XX
Bergomum

HIEROSOLYMITANUM:

civ. Patavi
| X
ad finem (cf. p. 268)
| XI
civ. Vincentia
| XI
Auraeos
| X
Cadianno
| X
civ. Verona
| X
Beneventum
| X
ad flexum
| XI
civ. Brixa
| X
Tetellus (cf. p. 440. 545)
| X
Tellegatae (cf. p. 545)
| XII
Bergamo
| XIII
Ponte Aurioli (cf. p. 548)
| X
Argentea (cf. p. 635)
| X
Mediolanum